

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars tertia, hoc est:
Tractatio evangeliorum tam dominicalium, quam
festivalium, ad recte se sub variis tentationum generibus
gerendum, disposita**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

In festo Michaelis archangeli

[urn:nbn:de:bsz:31-126133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-126133)

IN FESTO MICHAELIS ARCH- ANGELI.

Evangelium Matth. 18. v. 1. -- 11.

EXORDIUM.

Lectulum Regis Salomonis ambie-
runt olim sexaginta fortes, ex for-
tissimis Israel; omnes tenentes
gladios, & ad bella doctissimi:
Uniuscujusque ensis super femur suum,
propter timores nocturnos, Cant. 3. v. 7. 8.

Hæc mysticè exponemus.

Quælibet fidelis anima; spiritualis lectulus
est, in quo *caelestis Salomo* Christus Jesus
requiescit, per fidem enim habitat in cor-
dibus nostris, Eph. 3. v. 17. fortes, qui lectu-
lum ambiunt, sunt S. Angeli, hi enim castra
metantur in circuitu, timentium Domi-
num, Psal. 34. v. 8. & protegunt nos contra
potestatem tenebrarum, Col. 1. v. 13. ut si-
ne timore & periculo dormire possimus,
unde dicuntur potentes virtute, Pl. 103. 20.

Magna hæc est gratia, & amplum be-
neficium, quod meritò grato animo
agnoscamus oportet.

Celebramus anniversariè tria festa so-
lennia: Festum Incarnationis Christi, Fe-
stum Paschatos, & Festum Pentecostes.

Festum Nativitatis Christi, inservit nobis
contra immundiciem peccaminosæ con-
ceptionis & nativitatis nostræ. Nam ubi
venit plenitudo temporis, misit Deus Fi-
lium suum, factum ex muliere, factum sub
lege: ut eos qui sub lege erant, redimeret,
ut adoptionem filiorum reciperemus, Ga-
lat. 4. v. 4. 5.

Festum Paschatos, facit contra horribilem
mortis adspæctum. Scimus enim, quod,

qui suscitavit Jesum, & nos per Jesum sus-
citaturus sit, 2. Cor. 4. v. 14.

Festum Pentecostes, valet contra impoten-
tiam in bonis operibus. Spiritus enim San-
ctus adjuvat infirmitatem nostram, nam si
quid oremus, sicut oportet, nescimus: ipse
postulat pro nobis gemitibus inenarrabi-
libus, Rom. 8. v. 26.

Quia verò & à *sanctis Angelis* per totum
annum innumera beneficia accipimus,
Majores nostri *hodiernum Angelorum festum*
ordinarunt, ut antam habeamus Deo gra-
tias agendi, ut qui non modo nos curat,
sed & Angelos constituit vigiles & custo-
des nostros, in vita & in morte. Unde non
immeritò *Clausula omnium Festorum*
dicitur.

Nos Instituti nostri memores vide-
bimus

I. *Tripticem Querelam.*

II. *Tripticem Medelam.*

III. *Tripticem Cautelam.*

J. J.

Exegetis.

IN Papatu multa miranda narrantur de
Archangelo Michaële, ita ut planè Dea-
strum ille constituatur, in cuius honorem
delubra ædificantur, Missæ leguntur,
quique in variis adversitatibus religiose in-
vocatur, contra expressum Dei verbum,
quod non Angelos, sed Dominum exerci-
tuum

Uuuu

tuum

tuum invocare jubet. Nos verò Dilecti! præfens festum non in honorem creati Angeli Michaëlis celebramus, sed in memoriam nobis revocamus amplissima beneficia, quæ Deus nobis quotannis Ministerio Angelorum præstat, & simul discimus, quâ ratione vitam nostram instituamus, ut Angeli custodes nostri sint & maneant, sicuti nobis prælectum Evangelium ad hoc ipsum infervit.

Querela respicit

I. *Triste litigium*, quod Apostoli inter se in ceperunt, & magnâ contentione peregerunt. Licet enim ejus mentio expressa non injiciatur: attamen circumstantiæ ostendunt, quod hæc causa controversiæ fuerit, quis illorum in Regno Christi, quod somniabant, terreno, primas tenere & maximus esse debeat. Propterea enim Christum accedunt, orantes, ut pronunciatâ sententia, controversiam hanc dirimeret.

O quot litigatores adhuc hodie occurrunt, qui sæpè de lanâ caprina contendere non verentur, adeoque in implacabilitate, instinctu Cacodæmonis exardent, ut ad reconciliationem adduci non possint. Hinc Salomo: Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: sic homo litigiosus accendit rixas, Prov. 26. v. 21.

Fugiant hoc vitium Christiani. Est enim

1. *Scelus abominabile*, quod detestatur Deus, Prov. 6. v. 19. utpote qui Deus est pacis & dilectionis, 2. Cor. 13. v. 11. cui omnes illi probantur & placent, qui in pace & concordia vivunt, Sir. 25. v. 1. qui supportant se invicem in caritate, & solliciti sunt servare unitatem Spiritus in vinculo pacis, Eph. 4. v. 3. Hoc qui faciunt, nil nisi benedictione & vitam ab eo expectabunt, Pf. 133. v. ult.

2. *Scelus execrabile*, ex quo nil nisi incommodum oritur. Ideò Salomo fixosum comparat ei, qui emittit aquas, Prov. 17. v. 14. Et Siracides ait: Certamen festinatum incendit ignem: & lis festinans effundit sanguinem: Si sufflaveris, quasi ignis exardebit: & si exspueris super illam, extinguetur: utraque ex ore proficiscuntur, Sir. 28. v. 13. seqq.

3. *Scelus damnabile*. Qui enim fratri dixerit fatue, (quod de altercantibus & litigantibus intelligendum,) reus erit gehennæ ignis, Matth. 5. v. 22. Paulus quoque altercatoribus ejusmodi Regnum cælorum denegat, Gal. 5. v. 19. cum quo Johannes quoque consentit, Apoc. 21. v. 8. Declinate igitur hoc vitium. Honor est homini, quiescere à contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumeliis, Prov. 20. v. 3. Quicumque proinde vult vitam, & diligit videre dies bonos, inquirat pacem, & persequatur eam, Psalm. 34. v. 13. 15.

II. *Malum principium*, quod est ambitio. Affectabant enim mundanam gloriam & dignitatem, præminentiam in Regno Christi mundano sibi arrogantes. Hoc Diabolus ipsis inspiraverat. Quia enim exploratum sibi habebat, ambitionem vitium illud esse, propter quod & satellites sui è cælo ad infernum detrusi erant: valdè laboravit, quò & inter Apostolos hoc virus suum disseminaret, non dubitans, quin effectum similem consecuturum sit: sicut & Apostoli hoc ipso à rectâ calle non parùm seducti sunt, ita ut Satanas ipsos cribraverit, sicut triticum, ut Christus ipse prædixerat, Luc. 22. v. 31.

Hodie adhuc id studium ejus est, quò mul-

multos ed deducit, ut fui ipfius obliuifcantur, & dicunt: Ego fum, & extrâ me non eft alius amplius, Sophon. 2. v. 15. Verùm exitium certiffimum fequitur. Dominus femper contemptibiles reddidit elatos, & destruxit eos, ufque in finem, Sir. 10. v. 16. Exemplo fit Abfolon, qui diadema patris affectans, de quercu pendens, à Joabo tribus lanceis transfixus, periit, 2. Sam. 18. v. 14.

III. *Ereclum scandalum.* Apoftoli enim in id electi erant à Chrifto, ut difcipuli ejus effent, quorum lux luceret coràm hominibus, ut viderent illi opera eorum bona, & glorificarent Patrem, qui in cœlis eft, Matth. 5. v. 16. Hoc verò minimè faciebant, fed ambitione fuâ, & ex illa fecuto litigio non leue scandalum pariebant, de quo Chriftus hîc prædicat, inquit: Væ mundo à scandalis: necesse eft enim, ut veniant scandala. Veruntamen væ homini illi, per quem scandalum venit. Exempla enim honoratorum facilè in exemplum trahuntur, juxtâ illud:

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Verbi præconum officium eft, ut non modò benè doceant, fed & benè vivant, & auditoribus fuis bono exemplo præeant in verbo, in conuerfatione, in Spiritu, in fide, & caftitate, 1. Tim. 4. v. 12. ne fortè cum aliis prædicaverint, ipfi reprobi efficiantur, 1. Cor. 9. v. 27. hoc nifi fecerint, Deo quidem linguam fuam commodant, fed animam confecrant Diabolo, & alterâ manu destruant, quod alterâ ædificauit. Nam & hîc locum habet: I præ, fequar. Ductor verò fi cœcus eft, nonne ambo in foveam cadent? Luc. 6. v. 39. Sic filii Eli

detrahebant homines à facrifício Domini, quia grande nimis peccabant coràm Domino, 1. Sam. 2. v. 17.

Magiftratus funt Dii in terrâ, Pfal. 82. v. 6. unde non modò ipfi vitam divinam ducant, fed & fubditis bono exemplo præeant. Hoc nifi fecerint, fed vitam prophanam egerint, hoc ipfo fubditis scandalum objicitur. Nam fecundum Judicem populi, fic & miniftri ejus: & qualis rector eft civitatis, tales & inhabitantes in eâ, Sir. 10. v. 2.

Patres quoque & matres familiâs erga liberos & famulos, ut & Præceptores ergâ difcipulos ita fe gerant, in verbis, operibus, atque gefibus, ne quid mali videant & audiant, fed in difciplina & admonitione Domini educentur, Eph. 6. v. 4. Nam adolefcens imbutus juxtâ viam fuam, etiam cùm fenuerit, non recedet ab eâ, Prov. 22. v. 6. Quicumque igitur hîc in re peccat, illum aliquando væ feriet, ut hîc & in æternum disperdatur. Quilibet igitur Chriftianus scandalum fedulò præcaveat, & ita vitam fuam inftituat, ut nemo tam scandalizetur, quàm emenderetur, quia die noviffimo rationem reddemus de quolibet verbo otiofo, quo proximus offenfus eft, Matth. 12. v. 36.

De Secundo.

Sequitur Medela, quæ fluit
 I. *Ex parvulorum æftimio.* Hîc audimus, Chrifto advocare parvulum, eumque in medio difcipulorum ftatuere, ut ab eo humilitatem difcant, imò exprefse ait: Qui fufcipit unum parvulum in nomine meo talem, me fufcipit.

uuuu 2

Hoc

Hoc inde est, quia pueri simplices sunt, & purum indusolum Jesu Christi, quod in baptismo induerunt, peccatis mortalibus non contaminarunt.

Licet enim & peccatum originale in iisdem habitet, tamen propter externorum membrorum imbecillitatem, vires suas exerere nequit. Spiritus sanctus verò eò operosior est, in cordibus eorum, quia ipsi resistere nequeunt; nec operationem ejus impedire possunt. Sicuti sanè sæpè admirabundi perspicimus, quantum sibi Deus robur ex ore eorum perfecerit, Psal. 8. v. 2.

Lætitiâ hoc in animis Christianorum parentum excitet. Quia enim pueri tanti æstimantur in oculis Dei, facile hinc colligere possunt, non malè cum ipsis agi, si morte maturiori juxtâ opinionem nostram præripiantur: placet enim anima eorum Deo: propter hoc properat educere illos, de medio iniquitatum, Sap. 4. v. 14.

II. Ex Angelorum servitio, quod non modò infantibus præstant, dum adhuc in cunis jacent, unde & Angeli eorum vocantur: sed & omnibus fidelibus, cujuscunque illi sint loci & ordinis. Sunt enim Spiritus administratorii, emissi in ministerium illorum, qui hæreditatem capient salutis, Hebr. 1. v. ult.

III. Ex singulari humilitatis premio. Hic audimus Christum dicentem: Quicumque humiliaverit se, sicut puerulus iste, hic est major in Regno cælorum. Præclarum certe præmium! Quanto perè lætabatur Amen, cum eum As-

suerus Rex, super omnes Principes & servos suos levasset? Esther 5. v. 11.

Quantâ gloriâ afficiebatur Josephus, cum eum Pharaos poneret super domum suam, & universam Ægyptum, ita ut uno tantum Regni folio illum præcederet? Gen. 41. v. 40.

Salomo jussit matri thronum poni, quo sederet ad dextram suam, quantam inde illam voluptatem cepisse censebis? 1. Reg. 2. v. 19.

Sed nihili æstimandum est, respectu gloriæ, quæ homines manet, qui humilitati student.

Quantum enim est discrimen inter Regnum terrenum, & Regnum cæleste, tanto major quoque erit gloria & gaudium, quæ in pios redundabunt, ubi primas tenebunt, & multis aliis Sanctis præferentur. Meritò proindè humilitati studeamus, primò ergà Deum, ne nos opinione propriæ justitiæ instemus, sicut turgidus ille Pharisæus, Luc. 18. vers. 11. 12.

Deindè ergà proximum, ne per inanem gloriam nos efferamus: sed in humilitate vilissimos quosque superiores nobis arbitremur, Phil. 2. v. 3.

Qui ædes excelsas exstructurus est, ante fundamentum profundum ponat, necesse est: Ita qui à Deo exaltari vult, antè humilietur oportet, sub potenti manu Dei, 1. Petr. 5. v. 6. Gloriam enim præcedit humilitas, Proverb. 15. vers. 33.

De

De Tertio.

Restat *Cautela*, quæ tribus absolvitur Regulis, ut sunt,

I. *Humilitatem à parvulis discere.* Hanc commendat nobis his verbis: Quicumque humiliaverit se, sicut puerulus iste, hic est major in Regno cælorum. Pueros igitur discipulis suis, nobisq; omnibus præceptores proponit. Equidem & pueri non sine peccato & defectu sunt, estq; figmentum cordis eorum malum ab adolescentia (infantia) suâ, Gen. 8. v. 21. sicut id sæpè in illis observamus, quando adhuc ab uberibus matris pendent. Interea hæc virtute gaudent, quod se non supra alios extollant, non superbiant donis sibi collatis, sed prompti sint, ut cuilibet, qui amicè cum ipsis conversatur, inserviant. Hac in parte vult Servator, ut imitemur illos si Regnum cælorum ingredi velimus.

In Papatu fingunt, puerulum hunc vocatum Martialem, qui postea Petri discipulus exstitit, & ab eo in Germaniam ad Evangelium prædicandum missus fuerit. Quicquid hujus sit, Christus humilitatem in ipso, quicumque tandem fuerit, discendam nobis commendat, quod fit

I. *Non superbiendo.* Hoc modo Paulus puer effectus est. Licet enim sublimia dona & arcanas revelationes habuerit, siquidem Theologiam suam in tertio cælo edoctus est, & ἤματα ἀρρητα audivit, attamen propterea non jactantius sese effert, sed pro se nihil gloriaturū esse dicit, nisi in infirmitatibus suis, 2. Cor. 12. v. 4. seqq. & licet abundantius omnibus laboraverit, id tamen non sibi, sed gratiæ Dei adscribit, 1. Cor. 15. v. 10.

2. *Neminem despicendo.* Puer neminem spernit, nec contumeliose de quoquam loquitur. Phariseus despiciebat publicanum, sed publicanus ut puer fit, neminem spernens, sed orationem suam ex corde contrito & humili fundit, & hoc modo justificatus descendit in domum suam, præ Pharisæo superbo, Luc. 18. v. 11. seqq.

3. *Humiliter de se sentiendo.* Puer non majoris se æstimat, quam reapse est, Hæc in parte Abrahamus, pater omnium fidelium ut puer erat, dum in colloquio cum Deo se cinerem & terram profiteretur, Gen. 19. v. 27. nec non David, qui in thronum Regium evectus, pristinæ conditionis non immemor est, 2. Sam. 7. v. 18.

II. *Membra veteris Adamis præcide.* Quæ Christi verba non ita capienda, quasi ad exemplū Chirurgorum quodlibet membrum scandalosum præcidendum sit, ut Origines erravit, sed ut Paulus id explicat: Mortificate membra vestra, Coloss. 3. v. 5. quod deinde sic effert: deponite omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonē de ore vestro, v. 8. Alibi per crucifigere exprimit, inquit: Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt, cum affectibus & concupiscentiis, Gal. 5. v. 24.

Quod si igitur manus tua scandalizat te, ut libenter extendat se contra septimum præceptum, sicut Eva ad pomum vetitum, Gen. 3. v. 6. Achan ad pallium Babylonium, Jos. 7. v. 21. Judas ad pecuniam in loculis, Joh. 12. v. 6. absconde eam, & projice abs te. Hoc est, qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonum est, Ephes. 4. v. 28. inhabita terram, & victum quære

in veritate, Pfalm. 37. v. 3. tum bene tibi erit, Pfal. 128. v. 2.

Si pes tuus scandalizat te, ut libenter ab-eas in confilio impiorum, & in viâ peccatorum stes, Pfal. 1. v. 1. declinare volupe est in curvas vias peccatorum, Pfal. 125. v. 5. transis per plateam meretriciam, ut vecors ille juvenis, Prov. 7. v. 8. abscinde eum, & projice à te. Hoc est: Non sedecum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introi, odio prosequere Ecclesiam malignantium, & cum impiis non sede, Pfal. 26. v. 4. 5. ora & ai: Vide, si via iniquitatis in me est, & deduc me in viâ æternâ, Pfal. 139. v. ult.

Scandalizat te *oculus* tuus, ut oculis libidinosis alienas mulieres intuearis, sicut David & iniqui iudices, aut oculos tuos projicias in juvenes: erue eum, & projice abs te, h. e. dic cum Josepho: Quomodo possum tam magnum malum facere, & peccare in Deum meum, Genes. 39. v. 9. & cum casta Susannâ: Si hoc egero, mors mihi est, Hist. Sus. v. 22. Fornicatio autem & omnis immunditia nec nominetur in vobis, sicut decet Sanctos. Hoc enim scitote, quod omnis fornicator, aut immundus, non habeat hæreditatem in Regno Christi & Dei, Eph. 5. v. 3. 5. & hoc ita de omnibus humani corporis membris intelligatur, quorum nullum à carnalibus concupiscentiis immune est, ideoque dicto modo omnia corrigantur necesse est, nisi jussu Magistratus, gladio carnificis præcidi debeant. Non enim sine causa gladium gerit; Dei enim minister est, vindex in iram, ei, qui malè agit, Rom. 13. v. 4. Breviter: Deponamus nos secundum pristinam conversationem, veterem hominem,

qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renovemur autem spiritu mentis nostræ: & induamus novum hominem, qui secundum Deum creatus est, in justitiâ & sanctitate veritatis, Eph. 4. v. 22. 24.

III. *Præsidium Angelorum agnosce.* Postquam Christus de scandalo puerorum admonuit, subjicit causam, quare illi offendi non debeant: quia nimirum Angeli eorum semper videant faciem Patris, qui in cælis est, qui offendiculum hoc statim ad Deum deferant, & propterea scandalizantes accusent.

Ingens sanè Dei beneficium est, vos me! quod omnipotens Deus non modò Angelos suos pueris, sed & nobis destinat, ut nos custodiant in omnibus viis nostris, & quasi in manibus portent, ne fortè offendamus ad lapidem pedem nostrum, Pfal. 91. v. 11. Angeli enim, velut spiritus administratorii, emissi sunt in Ministerium eorum, qui hæreditatem capient salutis, Heb. 1. v. ult.

Sic S. Angeli Lotho adfuerunt in ædibus suis eumq; contrà Sodomitas defenderunt, Genes. 19. v. 10. Jacobo in itinere, Gen. 28. v. 12. Elisæ in oppido Dothan in formâ ignitorum curruum & equorum, 2. Reg. 6. v. 17. Angelus Raphael, Tobiam juniorem comitatus, indemnem in itinere, Tob. 6. v. 5. Petro in carcere, Angelus aderat quem expediebat è vinculis, Actor. 12. v. 7. seqq.

Adhuc hodiè Angelus Domini castra metatur in circuitu timentium Deum, & eripit eos, Pl. 34. v. 8. hoc gratiarum actionem meretur. Scimus etenim, quod Diabolus circumeat tanquam leo rugiens, quærens, quem devoret, 1. Petr. 5. v. 8. qui, si soli

si soli nobis relicti essemus, propediem nobis noceret. Verum propter custodiam Angelorum, plures sunt nobiscum, quam cum illis, 2. Reg. 6. v. 16. iccirco caveamus ne per peccata & scandala eosdem abigamus. Sicut enim fumus apes, & fœtor columbas abigit, sic & graveolens peccatum S. Angelos, ut Basilus ait. Per pietatem

verò & virtutis studium retinentur, usque ad finem vitæ nostræ, ubi animam nostram portabunt in sinum Abrahæ, Luc. 16. v. 22. donec in die novissimo resuscitati in æternum cum illis futuri, Deum ter sanctum indefinenter celebrabimus.

Largiatur hoc nobis tota SS. Trinitas, Amen.

IN DIE FESTO SIMONIS ET JUDÆ.

Evangelium Joh. 15. v. 17. -- 25.

EXORDIUM.

Fuit Ismael, filius Abrahæ, quem ex ancilla Hagar susceperat, derisor. In Hebræo est vox mezachek, quæ idem est ac irridere. Quod verò hoc non puerilis derisio fuerit, inde patet, quia Ismael tum decimum quartum ætatis annum jam superaverat, ut patet ex Gen. 17. v. 24. 25. c. 21. v. 5. præterea Sara ob puerilem risum non petiisset ab Abrahamo, ut eum ædibus suis ejiceret. Hinc nonnulli autumant, quod cum die ablationis Isaac, in magno illo convivio, quod Abrahamus instruxerat, unusquisque utriusque conjugum gratularetur, Ismaelem ignominiose eosdem derisisset. Alii putant, Ismaelem fratri Isaac nomen probrose exhibuisse, quasi ab unoquoque deridendus foret, Isaac siquidem risum notat.

Oprimè omnium Paulus explicat, quid per hoc mezachek intelligatur, nempe persecutio, quæ sarcastico risu & illusionem facta est. Ubi enim laudatus Apostolus, de utroque filio Abrahæ, quorum alter ex ancilla, alter ex libera natus erat, agit, dicit

inter alia, quod qui secundum carnem natus fuerat (Ismael) persecutus sit eum, qui secundum spiritum, (Isaac) Gal. 4. v. 29. quod quasi confirmatio est ejus, quod Angelus Domini, de Ismaele nascendo, Hagar dixerat: Hic erit ferus homo, manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eum, Gen. 16. v. 12.

Hæc persecutio & irrisio, quam Isaac sustinuit à derisore Ismaele, typus fuit persecutionis, quam Ecclesia Christi ab hostibus & persecutoribus suis quotidie experiri cogitur, quodque Paulus d. l. expresse memorat, inquit: Quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, perquebatur eum, qui secundum spiritum: ita & nunc.

Hac de re concionatur Christus in prælecto Evangelio, quomodo omnes sui fideles, tanquam filii promissionis, quos de mundo elegit, odium & persecutionem à mundo sustinere cogantur, propter nomen suum. Ubi verò eosdem & consolatur & instruit, quomodo mundi odium